

corresponder *al signo*; y como el Orden sacramental significa *cierta eminencia de grado*, no puede corresponder á la mujer, que por su sexo tiene estado de sujeción: «*Mulierem in Ecclesia docere non permitto nec dominari virum*, dice S. Pablo.» Si las mujeres fuesen capaces de recibir Órdenes, no hubiera sido excluída de ellos la Santísima Madre de Dios. Los montanistas, como dicen (1) S. Epifanio y S. Agustín (2) conferían á las mujeres no sólo el diaconado y presbiterado, sino también el Episcopado: pero éste es uno de los errores de aquellos herejes.

¿Y Juana la Papisa, las episcopisas, presbíteras, diaconisas y subdiaconisas? Vide Billuart 3.<sup>a</sup> diss. De Sacram. Ord.; al maestro dominicano Le Quien, «*Oriens Christianus*, vol: 3, p. 381 y siguientes, y á Natal Alejandro, Ord. Praed., in Hist. Eccles. saec. IX, diss. 3.<sup>a</sup>.

El sujeto del *Orden* debe estar bautizado. Así convienen todos los autores católicos, pues, el Bautismo es el fundamento de todos los otros Sacramentos y sin él ningún otro puede ser recibido *válidamente*.

En cuanto á los infantes, hace siglos que la iglesia Católica admitió la doctrina de Santo Tomás, que dice: (1) «*Todos los Sacramentos que exigen el acto del que recibe el Sacramento, no los pueden recibir los infantes; porque careciendo del uso de la razón, no pueden prestar su consentimiento; por ejemplo: la Penitencia en la cual los actos del que se confiesa son la materia del Sacramento; y el matrimonio, en el que la manifestación del consentimiento en los contrayentes es la forma del Sacramento. Otra cosa sucede en los que no exigen acto para su recepción, sino que se da alguna potestad por virtud divina, como en el Bautismo, en la Confirmación y en el Orden. De aquí es que, como la potestad, que se da, precede al acto, no se exige el acto del que recibe el Sacramento, ni, por consiguiente, el uso de la razón.*» Aquí se ha de notar:

(1) S. Epif. Haeres. 49.—(2) S. Agust. lib. de Haeresibus, cap. 27.—(3) D. Thom. Supplem. 3.<sup>o</sup> p. q. 39, art. II.

1.<sup>o</sup>) Que el infante ordenado de órdenes mayores no está obligado á guardar castidad ni á las horas canónicas á no ser que después de haber llegado á los diez y seis años de edad, consintiese espontáneamente en tener por válida la ordenación, que recibió en la infancia, dice Benedicto XIV.

2.<sup>a</sup>) Para que el Orden recibido por un *adulto* sea válido, no basta que ni dé su consentimiento ni le niegue, esto es, que *esté neutral*: es indispensable que preste su consentimiento *positivo*. Ita Soto, Ord. Praed.; Billuart et D. Thom. in 3. p. q. 88, art. 7, (1).

## ARTÍCULO VIII

### DE LAS COSAS NECESARIAS PARA LA LÍCITA RECEPCIÓN DEL SACRAMENTO DEL ORDEN

Ad *licitam* autem Ordinis susceptionem, ait Marc, C. S. R., TRIPPLICIS GENERIS CONDITIONES requiruntur.

Primum genus complectitur ea quae ordinando sunt *INTRINSECA*, seu ad animam ejus respiciunt, nempe divina vocatio, recta intentio seu animus clericandi, scientia competens et morum vel vitae probitas.

Alterum genus complectitur plurima *EXTRINSECA*, quae ab ordinando exiguntur, qualia sunt: immunitas á censura et irregularitate, aetas canonica, confirmatio, exercitium ordinis suscepti, et titulus sustentationis.

Tertium tandem genus respicit ipsum *ordinationis modum* qualia sunt: Ordinatio per gradus, interstitia, tempus, locus, susceptio Eucharistiae, et legitimus episcopus, qui simul ordinet et missam celebret.

(1) Vide Billuart, de Sacram. in Comm. diss. 6, de subject. Sacram.

I

DE CONDITIONIBUS QUAE AD ANIMAM RESPICIUNT

*Præter* STATUM GRATIAE, qui ad Sacramentum ordinis recipiendum necessarius est, requiritur in ordinando:

1.º VOCATIO DIVINA.

El P. Morán, Ord. Praed. dice: «Creo firmemente que la mayor parte de las desgracias que hay en el mundo, proviene de que los hombres se equivocan en la elección de estado. Del acierto en esta materia depende en gran parte la salvación del hombre».

*Vocationem Divinam* requiri in ordinando constat ex epist. ad Hebr. cap. V, vers. 4: «Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur á Deo, tamquam Aaron»; Et ex Joan., XV, 16: «Non vos me elegistis: sed Ego elegi vos».

Divinam vocationem hanc plane sibi expostulant et Ordinis sublimitas, et muneris Sanctitas, et «quia altissima et gravissima onera, ad quae vocatur ordinandus, exerceri non possunt, ait P. Billuart, absque speciali Dei auxilio.»

Praecipua *divinae* vocationis signa sunt, Juxta S. Ligorium, (1): 1.º scientia conveniens; 2.º probitas vitae; 3.º intentio recta, seu desiderium vacandi divinae gloriae et salutis animorum.

Signa autem, ex quibus innotescit aliquem NON ESSE VOCATUM, sunt inter alia: certa corporis deformitas, infamia, habitus peccandi praesertim contra castitatem, naturalis levitas, taedium pietatis, pigritia, ingenium saeculare. (2)

«Qui sine vocatione, ex talibus signis explorata, in sacrum ministerium se intrudit, NON POTEST CERTE A GRAVI *praesumptione excusari.*, et cum hic magno damnationis periculo se exponat, nescio quomodo A CULPA GRAVI EXCUSETUR. (3)

Atque huic salutis discrimini tanto magis se commit-

(1) Lib. VI, num. 802.—(2) S. Lig. Praxis, núm. 93.—(3) Lig. Lib. VI, núm. 803.

tunt episcopi illi, qui non vocatos ad Ordines sacros promovent, juxta illud Apostoli (I. Tim, V, 22): «Manus *cito* nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.»

Nec proinde mirandum est, quod in Jure Canonico praescribatur, et signanter in can. *Nullus*, dis. 24: *ut nullus ordinetur, nisi probatus fuerit.*» (1)

II

RECTA INTENTIO, SEU ANIMUS CLERICANDI

Requiritur ex Tridentino, (sess. 23, cap. 4 de Ref), scilicet, juxta Billuart, ut abdicatis curis saecularibus, liberius et devotius Deo serviat. Unde peccat mortaliter, qui sacrae militiae adscribitur principaliter et praecise ut obtineat pingue beneficium, sicque lautius ac honorificentius vivat, ut docet auctor (S. Thomás) 2.ª 2.ªe q. 185, art. I, de Episcopo appetente Episcopatum propter divitias. Ratio est, quia utitur fruendis, et fruitur utendis in re gravi. Secus tamen si principaliter intenderet Deo servire, et secundario frui beneficio. Idem sub eodem distinctione plures censent de eo qui *tonsuram tantum* et minores ordines suscipit eo praecise animo ut *beneficiis et privilegiis* clericalibus ad tempus fruatur, et exinde ducat uxorem, aut aliter statum clericalem dimittat; quod tamen alii theologi non probant.»

¿Cómo peca el que recibe algún orden sin ánimo de subir á Órdenes mayores? Es sentencia común y cierta, dice San A. Ligorio (lib. VI, núm. 785), que no peca mortalmente, y aun es probable que ni peca venialmente: «quia nullo jure praescribitur alicui ad superiores ordines ascendere, nisi quis acceptet beneficium requirens sacerdotium vel ordinem sacrum: prout sunt beneficia curata, seu ea quibus sunt annexa onera cantandi Missam, Evangelium, vel Epistolam, ut habetur ex Tridentino» (Sess. 22, cap. 4.)

(1) Véase la pág. 138 de esta obra.

¿Cómo peca el clérigo que, estando ordenado de menores, contrae matrimonio?

Antiguamente estaba prohibido á los clérigos, aun de menores, retroceder del estado eclesiástico, y hasta el siglo XIII no se les permitió renegar ó retroceder del dicho estado, aunque fuesen simplemente minoristas, como dice Juenin (In Comment. Hist. et Dogm. diss. 9. quaest. 8, cap. 4); y Berti (Lib. 36, cap. 17) añade: «Antiqui etiam canones prohibent ne semel inter clericos deputati *ad militarem expeditionem vel munus aliquod saeculare pertranseant, sub anathematis poena.*»

Idem constat ex Concilio Chalcedonensi, can. 7.º, ex concilio Turonicensi, can. 4.º ex concilio Triburiensi, can. septimo et vicesimo. Hujus anathematis meminit quoque, ut adhuc suo tempore persistentis S. Raymundus, Ord. Praed., in *Summa*; pero, en el día, dice S. A. Ligorio (Lib. 6, num.º 785, dubit. 2)—«*per se loquendo* certum est clericum initiatum in minoribus qui uxorem ducit, non peccare graviter; immo nec etiam leviter, *si ob justam causam hoc facit*, v. gr., ad sedandas inimicitias, aut tentationes carnis, ad subveniendum foeminae pauperi, etc.; alias non excusabitur a veniali.

N. B. *Dixi per se loquendo*, nam, utrum graviter peccet qui certus de sua vocatione ad statum ecclesiasticum, *ab ea recedit*, ut saeculo fruatur (1), de hoc metuendum est, *ne forte existat in malo statu.*

An peccet qui menores ordines aut primam tonsuram suscipit animo effugiendi forum laicale, et postea redeundi ad saeculum? Aunque Palao y Escobedo defienden que no comete culpa alguna, San Ligorio dice que esta opinión no tiene *bastante probabilidad*: que es probable la opinión de Layman, Sánchez, Navarro, etc., que afirman que peca mortalmente, cuando uno recibe las órdenes *proponiéndose por fin principal* evadirse de un juicio secular, que ya se inició contra él; pero que si *tan sólo* se ordena por

(1) Vide accurate totum num. 78, ex lib. IV, S. A. de Ligorio.

*huir en general del juicio secular peca venialmente, ratione deordinationis finis ab Ecclesia intenti.*»

Por último, San Ligorio tiene por más probable la opinión de Victoria, Ledesma, los Salmanticenses, etc, que aseveran que peca mortalmente el que se ordena con el *fin principal de huir del juicio secular*, aun cuando no se haya iniciado todavía contra el ordenando, pues, el concilio Tridentino dice (1): «Tonsura non initientur ii de quibus probabilis conjectura non sit eos *non saecularis judicii fugiendi fraude*, sed ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegisse.»

Cum ergo hoc crimen, ait Sanctus A. de Ligorio, Concilium *fraudem* appellet, ideo nequit excusari a gravi culpa qui sic ordinatur; quia *graviter* defraudat Ecclesiam, abutendo suis sacris ministeriis ad *finis temporales.*»

¿Quid de clerico *per vim* vel *metum* ordinato? Cum obligationes novi status susipientibus imponantur valde graviores, valde utique iniquum est, ut *tales obligationes* adulto, *sine positivo* ipsius consensu imponantur, ideoque sequitur requiri intentionem saltem habitualement, id est intentionem vel *voluntatem jam habitam et non retractatam.* Unde Innocentius III, cap. «Majores», v. fin. de Bap. ait: «Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, *nec rem, nec characterem* suscipit sacramenti.»

Quoad votum, ait Billuart: votum debet esse ex proprio consensu, et factum ex *gravi* metu injuste incusso est irritum.

Ideoque receptio Sacramenti non secus ac ejus collatio quoad adultos, debet esse humana, et quamvis sit passio, non tamen coacta, sed voluntaria, ut ait D. Thom. q. 68, art. 7, ad 1.º

Quead metum, vide amplius P. Billuart, de Sacramentis in genere, diss. VI, art. I. in difficultatibus.

(1) Conc. Trid. sess. 23, cap. 4.

III

SCIENTIA COMPETENS SUO OFFICIO

Requiritur ex Concilio Tridentino, sess. 23, cap. 4, de Reform.

Ideoque Episcopus tenetur: 1.º nisi sit aliunde certus de ordinandorum scientia, proprios subditos examinare, «sibi adsitis ad id peritis et idoneis viris», (sess. 23, cap. 7 conc. Trid.). 2.º qui gradum scientie a Tridentino requisitum possident, hos omnes potest Episcopus *tuta* conscientia ordinare. A propriis tamen subditis licet *majorem* scientiam exigere; haecque passim, hodiernis temporibus, laudabiliter exigitur.

a) *Quoad tonsuram*, dice el Tridentino, sess. 23, cap. 4 de Ref., hablando de los que se han de tonsurar: «*Prima tonsura non initiatur, qui sacramentum Confirmationis non susceperint et fidei rudimenta edocti non fuerint quique legere et scribere nesciant, et de quibus probabilis conjectura non sit eos non saecularis iudicii fugiendi fraude sed ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegerint.*»

b). *Quoad ordines minores*: En cuanto á los que han de recibir órdenes menores, el Tridentino, en la sess. 23, cap. 11, de Ref. dice así: «*Minores ordines iis, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur.*»

¿Puede el obispo dar órdenes menores al que no sabe la lengua latina? Los Salmanticenses, Sánchez, Navarro y San Ligorio (lib VI, num.º 790) dicen que el concilio dió facultad á los obispos para dispensar los intersticios, pero no la inteligencia de la lengua latina. Ita opinione probabilissima et communi.

c) *Quoad subdiaconos et diaconos*: En cuanto á los que han de ser ordenados de subdiáconos y diáconos, el Concilio Tridentino ses. 23, cap. 13, de Ref. dice: «*ut sint litteris et iis quae ad ordinem exercendum pertinent instructi.*»

Supuesto que el que se ordena de subdiácono y *el que* toma posesión de un beneficio eclesiástico están obligados *sub gravi* á las *Horas canónicas*, ¿podrá el Obispo ordenar de subdiácono ó dar un beneficio eclesiástico al que aún no sabe ordenar el *Oficio divino*, *pero se presume* con fundamento que *pronto* estará instruído en él? Sánchez, los Salmanticenses y San Ligorio tienen por cierto que el obispo puede, con tal que, mientras no esté bien instruído, rece con otro compañero que sepa.

d) *Quoad Sacerdotes*: S. A. de Ligorio, siguiendo á los Salmanticenses, Layman, etc., dice que el que se ordena de sacerdote «*debere quidem scire ea quae spectant ad sacrificium et sacramenta Baptismi ac Extremae Unctionis, quorum est minister: circa vero sacramentum Poenitentiae, non requiritur in eo tantam scientiam, quanta est necessaria confessario approbato.*» Unde concludo, ait S. Ligorius, quod promovendi *ad sacerdotium* non possunt *tuta* conscientia ad ordinationem accedere, nisi *saltem universaliora principia*, quibus solvant dubia saltem communiter occurrentia proxime moribundis; *necnon* tenentur distincte scire quomodo se gerere debeant circa moribundos, nempe, quando possint eos absolvere: An in articulo mortis vel periculo mortis, et quali periculo: an praesente confessario approbato; an absolute, an conditionate; quando moribundum possint censere dispositum ad absolutionem; quid debeat imponere illi, si habeat casus vel censuras reservatas».

Así lo prescribe el Tridentino en los cap. XIV y XV, ses. cit. á saber: «*ut ipsi ad populum docendum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti examine praecedente, idonei comprobentur.*»

N. B. No se confunda este examen con «*el de aprobación ad salutem et curam animarum*», pues, es mucho más amplio y riguroso este último.

IV

PROBITAS MORUM VEL VITAE

Requiritur, qua nempe clericus divinae vocationi fidelis existens, futurae perseverantiae pignus quoddam praebat.

Unde Tridentinum (sess. 23, cap. 12) «Sciant Episcopi debere ad hos ordines assumi *dignos dumtaxat* et quorum *probata vita senectus sit*».

Et cap. 14, de promovendis ad Sacerdotium, ait Tridentinum: «Ita *pietate*, ac castis moribus conspicui, ut *praeclarum* bonorum operum *exemplum*, et vitae monita ab eis possint, expectari». Qualis debeat esse Presbyter docet Apostolus, I ad Tim. cap. 3. et ad Tit. cap. I.

Qualis esse debeat diaconus, tradit Apostolus, I ad Tim. cap. V.

El Tridentino impone á los Obispos la obligación de averiguar las cualidades morales de los que se han de ordenar: En la sesión 23, cap. 5, de *Reformatione*, dice así: «Ad minores ordines promovendi *bonum a parochia, et a magistro scholae, in qua educantur, testimonium* habeant. Hi vero qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui parochia, aut alteri cui magis expedire videbitur, committat, ut *nominibus ac desiderio eorum*, qui volunt promoveri, *publice* in Ecclesia *propositis*, de *ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, et vita* á fide dignis *diligenter* inquirat, et litteras testimoniales, ipsam inquisitionem continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat».

Apostolus prohibet (I Tim. III, 6) ordinari «*neophytos*», id est, ut explicat Angelicus, qui non *aetate* neophyti sunt, sed *et* qui neophyti sunt perfectione. (1)

De aquí que Sto. Tomás (2) enseña: «Ad idoneam exe-

(1) D. Ligor Lib. VI, 63 seqq. et 802—(2) Supp. de la 3.ª p. q. 35, art. I. ad 3.ª m.

cutionem ordinum *non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur BONITAS EXCELLENS*».

Y en la q. 36, art. 4, ad 3.ª dice el Angélico Maestro que no basta que el Obispo no tenga noticia alguna contra la probidad del ordenando, «*sed amplius* exigitur, *ut secundum mensuram ordinis* vel *officii* injungendi *diligentior cura* apponatur, ut habeatur *certitudo* de qualitate *promovendorum*, saltem ex testimonio aliorum». Dice Sto. Tomás (1) que debe ser *mayor* la *santidad* del que recibe un orden sagrado que la de un religioso profesado, que no recibió orden. San Bernardo decía, por esto mismo: «Ad ordines admitendos esse tantum *probatos*, non probandos».

San Ligorio añade: «*Qua de re*, Episcopi in hac probatione expetenda non debent esse contenti *simplici attestatione parochorum*, qui humanis ducti respectibus in hujusmodi attestationibus concedendis, facile clericis indulgent, ne in se attrahant ipsorum odium, eorumque propinquorum; sed insuper ab aliis fide dignis, *capta secreta informatione*, certi fieri debent non solum quod initiandus non fuerit malus, nempe, quod non fuerit rixosus, non dederit scandalum, frequentando ludos, pravas conversationes, etc., *sed etiam* quod ille sit *positive bonus*, scilicet, quod vitam agat spiritualem, sit assiduus in Ecclesiis, Sacramenta frequentet et orationem, vivat a saecularibus segregatus, sociis morigeratis comitetur, studio vacet, modesta utatur veste, etc. Quod si Praelatus sciverit clericum alicujus publici scandali nota intinctum fuisse, *tunc non satis erit communem probationem de eo exigere, sed opus erit plurium annorum experientia emendationem ejus comprobare*; juste enim tunc metuere debet, ne ille pietatem affectet, ut ad ordines perveniat, quibus susceptis, ad pristinam redibit pravitatem. Dicet aliquis: si hoc observaretur, deficerent utique in Ecclesia ministri.

*Recte* respondet ad hoc idem Benedictus XIV in bulla supra citata ex Concilio Lateranensi: «*Melius est pauciores*

(1) 2.ª 2.ª, q. 184, art. 8.

*habere ministros, sed probos atque utiles, quam plures, qui nequidquam sunt valituri.*

Ni se diga que si los obispos van con tanta delicadeza en la elección de ordenandos, faltarían ministros á la Iglesia; porque, como dice Santo Tomás, si no obra de esa manera, será *infel Pastor*; y si obra como debe, Dios proveerá. He aquí las palabras del Angélico (1): »Respondeo dicendum, quod a Domino describitur «fidelis servus, qui constitutus est supra familiam suam, ut det illi tritici mensuram»; et ideo infidelitatis reus est qui alicui supra mensuram ejus divina tradit; hoc autem facit *quicumque indignos promovet*; et ideo crimen mortale committit, quasi *summo Domino* infidelis, et praecipue cum hoc in detrimentum Ecclesiae vergat et honoris divini, qui per bonos ministros promovetur. *Esset enim infidelis terreno domino, qui in ejus officio aliquos inutiles poneret.*

«Ad primum ergo dicendum, quod Deus *nunquam* ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis, si digni *promoverentur*, et indigni repellerentur. Et si non possent tot ministri inveniri, quot modo sunt, *melius* esset habere paucos ministros bonos quam multos malos, ut dicit Beatus Clemens.»

*Nota bene:* Ex lege positiva, praesertim ex Trid. sess. 23, cap. 5 et 7, *de Reform.* et ex *Pontificali*, praemitti debent sacrae ordinationi, qua ordines majores conferuntur, *Tria Scrutinia:* (a)

*Primum* fit a parrocho vel ab alio per Episcopum constituto; et ad hoc *proclamatio* fieri debet tum *in parochia originis*, tum *in parochia habitationis* ordinandi, si sunt diversae.

*Secundum* scrutinium instituitur ab ipso episcopo cum

(1) D. Th. In Supplem. 3.º p. q. 36, art. 4.

(a) Llámase *escrutinio* en la Ordenación, el diligente examen que hace el Superior acerca de las condiciones ó cualidades de los ordenandos. Este examen, según los canonistas y comentadores del tit. XII, del lib. I de las Decretales, es triple.

quibusdam examinatoribus, feriã IV, vel paucis diebus ante ordinationem: eo fine nimirum, ut «ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem diligenter investiget et examinet.»

*Tertium* scrutinium fit in ipsa ordinatione (diaconorum scilicet et presbyterorum) per illa verba episcopi: *Scis illos esse dignos?* Quae hodie sunt, cum ipsa attestazione archidiaconi, mera caeremonia.

*El primero* lo explica el Concilio Tridentino en el capítulo 5 de la sesión 23 de Reformatione. Dice este capítulo que los que han de ser promovidos á las sagradas Órdenes, un mes antes de la ordenación se presentarán al Obispo, quien comisionará al párroco ó á otro que le parezca más oportuno, á fin de que publicando en la iglesia los nombres y la instancia de los que desean ser promovidos, averigüe por información de testigos fidedignos, el nacimiento, edad, vida y costumbres de los ordenandos, y envíe cuanto antes al Obispo las letras, en que conste el resultado de su averiguación. Este escrutinio es el que ordinariamente se designa con el nombre de proclamas de los ordenandos.

*El segundo* escrutinio, que es como una continuación del primero, lo describe el Tridentino en el cap. 7 de la sesión 23 de Reformatione. N. b. El párroco del ordenando, *muchas veces*, amén del informe público y oficial, se ve obligado por el Sr. Obispo, á informar *oficiosa y secretamente* y sin necesidad de atestados ni declaraciones selladas ni en forma de expediente oficial sino *reservadamente*, por evitar compromisos y enemistades etc., acerca de los extremos de vita et moribus, que son necesarios y sobre los datos, que estime oportunos, del ordenando y de su familia etc.; y entonces, este escrutinio es secreto y propio y exclusivo del obispo.

*El tercer escrutinio* tiene lugar en el mismo acto de la ordenación, ó sea al principiarse ésta, cuando el Arcediano asistente requiere al Obispo con estas palabras: «Reve-

rendísimo Padre: pide la Santa Madre Iglesia, que á estos Diáconos, los ordenéis de Presbíteros.» Y preguntando entonces el Obispo si sabe que son dignos, contesta el Arcediano que lo son, en cuanto la humana fragilidad permite saberlo.

De este último escrutinio trata la decretal «*Ex parte tua*» del Sumo Pontífice Inocencio III, dada el año 1206, que es capítulo único del tit. XII del lib. I. Decretalium. Según dicha decretal, fué consultado aquel Papa sobre si el Arcediano puede en conciencia testificar en la forma que lo hace, acerca de si son dignos los que presenta al Prelado para ser ordenados; y el Papa contestó: «In tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur; quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit; cum illum quem indignum esse non novit, dignum debeat aestimare.»

Haciendo mención de este tercer escrutinio el Sumo Pontífice Benedicto XIV, en su libro *de Synodo Dioecessana*, cap. 3, núm. 3, dice que su origen es antiquísimo, y que hasta el siglo IV se hacía realmente en el acto de la ordenación á presencia del pueblo. Después los Obispos comisionaron para este cargo á los Arcedianos; pero, como el Concilio Tridentino ya dispuso los otros dos escrutinios, *actualmente*, dice, este ha quedado tan sólo como un recuerdo de la antigua disciplina, en que se requería el testimonio del pueblo. Por lo mismo, la atestación del Arcediano en el acto de los Ordenes, es un mero rito ó ceremonia, supuesto que el Obispo antes ya ha averiguado oficial y oficiosamente todo lo relativo á la vida y costumbres de los que han de ordenarse. (1)

*Nota iterum:* Innocentius XI, per S. C. Episc. et Reg. 9 Octob. 1682, mandavit archiepiscopo Mediolanensi et omnibus episcopis Italiae insularumque adjacentium, ut *singuli* clerici ordines tam minores quam majores susceptu-

(1) Vide de Angelis, lib. 1, tit. 12; Grandclaude, in eumd. tit.

ri, per *aecem continuos dies* SPIRITUALIBUS EXERCITIIS vacent.

Ex consuetudine tamen introducta, pro solis ordinibus sacris, decem dies integri exiguntur. (1)

¿*Quid agendum* confessario cum ordinando in vitio turpi habituato? Vid. S. A. Lig. lib. VI, 63-67: et Homo Apost. tr. ult. 16, 17, et Bened. XIV, De Synodo, lib. 11, cap. 2, núm. 17, 18; item «Vind. Alph.» P. VI, cap. 2, parag. 4; Ciolli opusc. «Del Chierico ordinando» (Firenze 1885).

*Pro Subdiaconatu recipiendo requiritur*, ut ordinandus emitat votum Castitatis, de quo latius theologi.

## II

### DE CONDITIONIBUS EXTERNIS IN ORDINANDO REQUISITIS

I.<sup>a</sup> *Immunitas a censura et irregularitate.* Para ordenarse lícitamente se requiere que el ordenando no sea irregular, ni esté suspenso, ni excomulgado; porque «*censura* privatur participatione bonorum Ecclesiae; et *irregularitas* inducit inhabilitatem ad Ordinem: utraque igitur praepedit ordinationes.

Atque hinc est cur episcopus, ex *Pontificalis praescriptione* ante inceptam ordinationem praecipiat, sub poena excommunicationis, ne quis alterutro impedimento ligatus accedat; sicut nec descriptus, aut non approbatus aut extraneus, *protestando se nolle hujusmodi indignos ordinare.*

Si nihilominus quispiam hujus generis accederet, *censenda* esset VALIDA ejus ordinatio; quia praedicta, juxta Benedictum XIV, ad merum ritum hodie pertinent, seu ad solum terrorem praemitti solent: unde supponi nequit episcopum revera *voluisse alligare suam intentionem tali protestationi*, NISI POSITIVE DE CONTRARIO CONSTET. Episco-

(1) Conf. Benedict. XIV. Inst. 104, núm. 5 et seqq.